

**Leges Universitatis Rostochiensis : Quae bis quotannis publice praeleguntur, Autoritate Rectoris & Concilii, Civibus Academicis, cum primis Studiosae Juventuti, ad continuam commonefactionem & evitandum perjurium compendiosa sub forma denuo ; P. Propositae, A. MDCCVI.**

Rostochii: Weplingius, [1706]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828635404>

Druck Freier  Zugang





40

Mk-1760<sup>1-16</sup>

~~1147~~<sup>1-16</sup>

15.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI!

# LEGES

77.  
15  
14

## UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS.

Quæ bis quotannis publicè præleguntur,  
Auctoritate

RECTORIS & CONCILII,  
Civibus Academicis, cum primis  
Studioſæ Juventuti, ad conti-  
nuam commonefactionem

& evitandum perjurium  
compendioſâ ſub formâ denuò

P. Propoſita,  
A. M DCCVI.



ROSTOCHII,

Typis Joh. Wepplingi, SER. PRINC. & Acad. Typogr.



**Q**uoniam initium sapientia, omnisq; a deo felicitatis sit Timor Domini, generalia hæc iuxta ductum divina legis præmittimus.

I. Volumus, ut DEUM serio revereamini, & omnibus pietatis officiis colatis, Fidemqve propterea Veram Evangelicam servetis.

II. Severe prohibemus, ne nomine Domini abutimini, in execrationibus & perjuriis, aut Epicureis sermonibus: nec scandalis doctrinae vel morum professionem vestram deformetis, ne nomen Domini propter vos male audiat.

III. Quos DEUS ipse Sabbati dies sacris actionibus destinavit, publicis eos concionibus audiendis, precibus & gratiarum actionibus, non ludis aut comestationibus, aliisve negociis prophanis, nec confabulationibus in Sæde, & institutis eorum, qui templo excedunt, perlustrationibus tribute.

IV. Magistratui Academico, Verbi Divini Ministris, aliisque parentum loco habendis, debitam reverentiam præstare: Legibus, edictis & programmatibus publicis, facienda vel omittenda præscribentibus, obtemperare.

V. Et quia DEUS Magistratui mandavit, ut Jus dicat, & certis legibus cunctos sibi subjectos, ad evitandam violentiam, privatam vindictam, & in primis humani sanguinis profusionem, constringat; hinc & olim & proximè, partim specialia monita, partim & leges, Magistratus Academiae subditis suis dedit, quorum omnium obedientiam ad propriam ipsorum tutelam ac securitatem serio singulis, qui nunc est, Magistratus de novo imperat,

(1.) Con-

15.  
(1.) Constitutum scilicet est, ut in hâc Urbe Rostochiensi unum sit Academiae Corpus, constans ex IV. Facultatibus, Theologicâ, Juridicâ, Medicâ, & Philosophicâ. Cujus corporis unum Caput sit RECTOR Academiae, habens in omnia Universitatis membra distinctam à Senatu Urbis Jurisdictionem.

(2.) Rector ergò Academiae, nomina omnium jurisdictioni Academicæ subjectorum, in publico libro scripta teneat. Quicumque igitur in urbem venerit, & Academiae membrum esse, ejusque juribus ac beneficiis, vel præterea studiis quoque frui volet, inscriptionem, ultra 8. dies ne differat; sed nomen suum apud Rectorem edat, vel, si antè jam inscriptio peracta sit, nihilominus intra octiduum illam exhibito inscriptionis documento ostendat, & vel jurejurando vel pollicitatione in vim juramenti factâ promittat, se Magistratui & LL. Academicis parère, & inprimis nervos Jurisdictionis nostræ, in vadimonio non deserendo, sententiæque judicis obediendo, reverenter tueri velle. Cum ergo hujus juramenti, vel saltem in vim juramenti factæ promissionis vi, Rectori parère teneamini, Perjuri censendi illi erunt, qui in judicium vocati non comparebunt, aut sententiæ Rectoris parère detrectabunt, vel Arresto detenti sine consensu ejus discedent.

(3.) Nemo quoque Professorum, Doctorum & Magistrorum ultra octiduum in habitatione aut convictu, non inscriptum detinere; aut, quod multò minus fieri fas est, ad gradum aliquem officii vel dignitatis in quâcunque Facultate promovere audeat, sub pœna in LL. specialibus expressa.

(4.) Ab iis autem, qui verè Studiosi esse, & per Academicam

miam promoveri volent, requirimus, ut litès fugiant, & literas diligenter tractent, lectionibus & disputationibus frequenter interfint, publicisque exercitiis industriam suam probent, nec extra fonticas causas intra annum proximum, & sine studiorum specimine abeant. Quos vero deprehendemus ocio potius, computationibus, aliisque indignis modis tempus hic terere, eorum vitam pravam Parentibus, Patronis, Tutoribus per literas nos aperturos, & ut tales avocent, monituros esse, significamus, vindices quoque, ubi necessum erit, futuri.

(5.) Qui communis mensæ beneficio fruuntur, illi Dominis Inspectoribus, legibusque sibi præscriptis obedientiam præstent, nisi beneficio hoc semet indignos demonstrare voluerint.

(6.) Cum Reverendo hujus civitatis Ministerio etiam egimus, ne porro quemquam ad Cathedram Ecclesiasticam admittat, nisi documentis certis probaverit, se ea, quæ alios docturus est, confidentem ad pedes Doctorum ante ab iisdem didicisse, & vel adhuc discere, ac LL. Academiae, tam olim, quam nuper publicatis parere.

(7.) Schoristas, quos nominaverunt, qui novitios Studiosos olim exagitarunt, & suo ære emunxerunt, ex nostrâ Academia juxta tenorem Programmatis editæ A<sup>o</sup>. millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo publicati, exesse jubemus in perpetuum: proptereaque popularia illa symposia & epulas pretiosiores, quæ profusionis nationalis, atque circularis luxuriæ sunt testes, omninò prohibemus, salvâ licet amicorum civiumque familiaritate, convictuque modesto.

(8.) Et quia Nationes olim, ac nationales conventus, multum momenti ad rem illam schoristicam, & pen-

15.  
pennalisticam, ut barbàrè vocabatur, attulerunt, hinc deliberatione institutâ & cum aliis Germaniæ Academiis communicatâ, ordinatum est, quod in Universitate hâc Rostochiensî, non debeant esse Nationes aliquæ, peculiare sibi jus aliquod arrogantes vel usurpantes. Contrarium disponens aut ordinare tentans, hoc ipso sit perjurus, & ab Universitate exclusus, relegationeque in perpetuum & ad infamiam usque puniendus.

(9.) A nocturnis quoque diurnisque discursationibus, beluinis clamoribus & boatibus, aliisque injuriis, verbo vel facto corpus famamque proximi lædentibus, anfamque ad concursus & digladiationes temere luppeditantibus, à tumultibus itidem, ædiumque oppugnationibus, sub pœna carceris vel relegationis abstineant.

(10.) Qui alium ad dimicandum provocat, & qui provocatus confligit cum provocante, is uterque sciat, se hoc ipso facto ad minimum publicæ relegationis pœnam incurrisse. Qui sine provocatione in alium incurrit, gladio, aliove telo adhibito, itidem severâ relegatione coërcebitur, aliave pro ratione facti pœna.

(11.) Qui provocanti hoc præstat servitium, ut ejus nomine alium provocet, vel provocari curet, eidem ut iniquitatis administro mercedem relegationem promittimus. Si quis autem pendente sub Magistratu lite, multoque magis jam compositâ, aut vindicatâ, & in genere diremtâ à R. Concilio causâ, sub specie negotii non satis militariter vindicati eum, qui injuriâ affectus videbatur, in alterum incitaverit, ad duellum irritaverit, atque à conversatione Academicâ & convictu secludere ausus fuerit, vel etiam illatam vim injuriose ei exprobrare tentaverit, ille ex Universitate quoque nostra excedere per relegationem jubebitur.

)( 3

(12.) Qui

(12.) Qui iuste, fune, scuticâ, virgâ, ac mânu, vel subdolâ ac clanculariâ, vel manifestâ ratione alios exceperint, relegationis pœnam certissimam ab Academiâ expectabunt.

(13.) Si qua verò Academiæ membro cum cive Urbis hujus accusando contr. oersia intercedit, tum membrum Universitatis, cujuscumque conditionis aut dignitatis fuerit, adversarium suum ad nullum aliud tribunal citet, aut evocari sollicitet, quam Consulare; salvo tamen Rectoris & Universitatis privilegio. Quod si autem Senatus ultra duos menses justitiæ administrationem distulerit Actore invito, tunc coram Episcopo Sverinensi Academiæ Cancellario agi poterit. Quod statutum violans, pœnam perjurii incurret, & causam, quam habet, amittet.

(14.) Si quis in civitate bombardam disploserit, licet sub solennitatis prætextu, salvâ cæterâ pœna, eâ privetur, & qui noctu globum, vel pyrium pulverem, ejaculatus fuerit, huic Relegationis pœnam denunciamus. Si quis absque privilegio gladium famulo suo accinxerit, ob temeritatem & fundendi sanguinis periculum graviter multabitur.

(15.) In domos, in quibus nuptiæ aliave solennia celebrantur, non irrumpendum, tumultusque vel ibi, vel ante eas excitandi. Secus facientes, à Præfecto Carceris, cui hoc mandatum est, ut non invitatos, & tamen in domos nuptiarum aliorumque solennium irruentes, & tumultus cientes observet, rectâ in carcerem erunt obducendi.

VI. Castitatem, verocundiam, temperantiâ seminî, morum sermonisq; spurcitiem, belluaciones, luxum.

15.  
luxumque vestium indecentem procul habete. Cau-  
ponas publicas ne frequentate. Ebriositatem præcipue  
fugitote, velut animi corporisque pestem. Ebrius qui  
peccaverit, ipsam quoque ebrietatem non habebit impu-  
nem, & excessus causa, ut fas est, punietur. Severè etiam  
prohibemus omnes larvatas discursationes, sive diurnas,  
sive nocturnas, quocumque anni tempore.

VII. Propria quisque tenete, nemini res suas furto  
subtrahite, necludendo aliorum pecuniam aut libros ad  
vos transferte; si verò aliter feceritis, vos & redditu-  
rosilla, & præterea de Rectoris sententia puniendos sci-  
tote. Quæ Creditoribus juxta renovatum, & Epitomæ  
nunc insertum Statutum de Anno millesimo sexcentesimo  
quingvagesimo & quinto, quæque cum primis Præce-  
ptoribus pro informatione, atque hospitibus vestris pro  
victu, habitatione, lecto debetis, fideliter solvite, nec  
antea discedite. Secus facientes perjuri sunt.

VIII. Veritatem constanter amplectimini, erroneas  
damnatasque opiniones, cujuscumque sint generis, calu-  
mniarum, & libellos famosos velut diabolium ipsum fu-  
gite. Contra superiores & æquales vestros nullam ini-  
qui calami, multominus publici typi licentiam vobis ar-  
rogate, nec sine censurâ eorum, qui censuræ præsumunt,  
quidquam vel hic, vel alibi evulgate, in Civis maximè  
alterius præjudicium quod cadat. Qui famosis libellis,  
sycophanticisque calumniis existimationem alterius læse-  
rit, ex veteri statuto, infami exclusione ex tota Acade-  
miæ nostræ Societate ejiciendus erit. Qui in reliquis pec-  
caverit, pro delicti & excessus qualitate non segnius  
plectetur.

IX. & X. Neque externa solum contra leges facta  
studiose devitate, sed & interiora cordis ad illas confor-  
mate

mate, omnesque dubitationes in ærumnis, trepidationes, vitiosasq; cupiditates vindictæ, antecellentæ, & alias reprimite.


Hæc potissimum illa sunt, quæ à vobis, *Studiosi Juvenes*, requirimus. Ab iis, qui Deum timent, & honestat. student, obedientiam nobis promittimus. Reliquos, qui Deum & Magistratum suum non reverentur, nec nos impunitos dimitemus, nec summi Judicis vindictam illi effugient.

Præterea *Docentes* fideliter partes officii sui obeant, neque exemplis morum juventuti noceant. Et cum in omni vita & præcipuè in publicis congressibus ordinem honestum servari deceat: constitutum id quoq; est, ut in actibus publicis, velut Renunciatione Novi Rectoris, aut collatione graduum, aliisque, Rector Academiæ & Doctores Theologiæ, Juris, & Artis Medicæ, secundum ordinem Facultatum ad dextram Cathedræ sublimioris; ad sinistram Decanus Collegii Philosophici, & Professores liberalium artium consideant, eo ordine, quo in Collegium Professorum singuli secundum præscripta recepti sunt. Professoribus in eadem serie proxime assideant Concionatores & Ministri Ecclesiæ. E regione vero, ad sinistram Doctores superiorum Facultatum; ad dexteram Cathedræ Borealis, Magistri liberalium artium, qui non sunt Professores, loca habebunt. Baccalaurei verò superiorum Facultatum, vel ad sinistram Cathedræ Borealis, vel in altero latere post Magistros sedebunt.

Tandem *singuli Academia Civēs*, sive docentes, sive discipuli sint, juxta hæc prælecta, omnia alia observent, quæ evulgatis vel impressis etiam statutis Rector & Concilium jam ante imperavit, vel de novo imperabit.

**D**EUS nobis omnibus & oculos det videntes, & aures audientes. Hoc vovemus!

(0)







Proceſſion ins Auditorium angelanget und einjeder ſeinen Platz  
 auch die Herren Bürgermeiſter und ſämtliche Herren des Raths  
 wärtig waren / gingen 4. Deputirte von der Univerſität / nahment  
 Joachim von Krakebiß / Herr D. Matthias Stein / J. U. D. Cod.  
 r. und Facult. Jurid. Senior, Herr Chriſtoph. Martinus Burchardi,  
 Prof. Senat. Publ. Ord. und Stadt-Phyſicus, Herr David Hinrich  
 Theol. D. Poët. Profeſſ. Ducal. Publ. & Ordin. hinauff in den Fürſtl.  
 gingen die beyden Herren Marſchälle / Herr D. Carmon und Herr  
 Stäben / und für denenſelben die beyden Bidelli mit denen Sceptrie  
 Deputirte wurden zur audience gnädigſt admittiret / und nachdem  
 er Gegenwart dem Durchlauchtigſten Herzoge unterthänigſt er  
 ch gekommen / Seine Hoch. Fürſtl. Durchl. ins Auditorium ab  
 eine Hoch. Fürſtl. Durchl. gnädigſt zu erkennen / daß auch Dero  
 dem Actui mit beynzuwohnen gnädigſt Belieben trügen / daher  
 zu Jhro Hoheiten uns verfügten / und mit aller Submiſſion im  
 rſtät nicht nur unſere Pflicht der Unterthänigkeit abſtatteten /  
 ch dieſe Gnade / die wir uns zu erbitten nicht getrauen dürfen /  
 t venerirten.

Hohe Herrſchaften wurden hierauff von uns / die wir immediat  
 ter geführet / unter dem Comitac aller Hoch. Anſehnlichen Herrn  
 liers und Officiers, da denn beyde Hoch. Fürſtl. Perſohnen in einer  
 anneten koſtbahren Carolle, biß ins Auditorium führen / woſelbſten  
 r bereit waren / und beyde Hoch. Fürſtl. Perſohnen unter dem  
 i und Trompeten zu der / vor Dieſelben bereiteten Catheder führeten /  
 auch Jhro Hoheiten Dames ins Auditorium. Zur rechten der  
 Dames, die Herren Miniſtri und Cavalliers placiret / wir aber oc  
 auditorio gewöhnlichen Ort. So bald ſolches geſchehen / ſiel der  
 ener auff ſeine Knie / und excitirte memoriter mit Dancken und  
 zur devotion, welches Er ſo gut gemacht / das jederman es appro  
 wurde mit der Muſique der Anfang gemacht / unter welcher /  
 actu verfertigten Cantata, einige Sätze zu jedermans Vergnügen  
 Darauf perorirte der Herr D. Carmon mit groſſer Parheſie von  
 erwehnten Themate, nemp *de Luthero vitro nec vitro.*

tion / welcher S. Hoch. Fürſtl. Durchl. der Herzog / die ganze  
 gehört / wurde das übrige von der Cantata geſungen. Wir zur  
 ll. Perſohnen von der Univerſität Deputirte, fügten uns ſo fort  
 ation wieder zu der Fürſtl. Catheder, erwartende / wann beyde  
 ſich hinweg begeben wolten. Welche aber nicht ehe das Audito  
 die Cantata zu Ende gebracht. Welche groſſe Gnade und anhal  
 tende